



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] iustitia semper sit virtus? 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38762**

scibili, & concupiscibili, & secundum quod hæc obediunt rationi, & vniuersaliter secundum quod vni-  
cuique parti hominis attribuitur, quod ei conuenit. Vnde & \* Philosophus in quinto Ethicorum,  
hanc iustitiam appellat, secundum metaphoram,  
dictam.

Ad primum ergo dicendum, quod iustitia, quæ  
sit per fidem in nobis, est per quam iustificatur im-  
pius: quæ quidem in ipsa debira ordinatione partiū  
animæ consilit, sicut iuxta \* dictum est, cum de  
iustificatione impij ageretur. Hoc autem pertinet  
ad iustitiam metaphoricè dictam, quæ potest inueni-  
ri etiam in aliquo solitaria vitam agente. Et per  
hoc patet responsio Ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod iustitia Dei est ab  
æterno, secundum voluntatem, & propositum æter-  
num. Et in hoc præcipue iustitia consilit: quamvis  
secundum effectum non sit ab æterno, quia nihil est  
Deo coæternum.

Ad quartum dicendum, quod actiones quæ sunt ho-  
minis ad seipsum, sufficienter redificantur, redifi-  
cationis passionibus, per alias virtutes morales. Sed  
actiones quæ sunt ad alterū, indigent speciali redifi-  
catione non solum per comparationem ad agentem,  
sed etiam per cōparationē ad eum, ad quem sunt. Et  
ideò circa eas est specialis virtus, quæ est iustitia.

## ARTIC. III.

Vtrum iustitia sit virtus?

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod iusti-  
tia non sit virtus. Dicitur enim Lue. 17. Cum  
feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicate, Ser-  
ui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.  
Sed non est inutile facere opus virtutis. Dicit enim\*  
Ambrosius in secundo de officijs, Utile atem non  
pecuniarij lucri estimationem dicimus, sed acquisitionem  
pieratis. Ergo facere quod quis debet facere  
non est opus virtutis. Est autem opus iustitiae. Ergo  
iustitia non est virtus.

320

5. Ehti. 1.

2. C. 3.

c. 6. circa

prin. to. 2

¶ 2 Pro-

32 QVÆ ST. LVIII. ART. III.

¶ 2 Præterea, Quod sit ex necessitate, non est  
meritorium. Sed reddere alieui quod suum est, quod  
pertinet ad iustitiam, est necessitatis. Ergo non est  
meritorium. Atibus autem virtutum meremur. Er-  
go iustitia non est virtus.

¶ 3 Præterea, Omnis virtus moralis est circa  
agibilia. Ea autem quæ exterius constituantur, non  
sunt agibilia, sed factibilia: ut patet per \* Philoso-  
phum in 9. Metaph. Cum ergo ad iustitiam pertineat  
exterius facere aliquod opus secundum se iustum,  
videtur quod iustitia non sit virtus moralis.

SED contra est, quod \* Gregorius dicit in 2. Mo-  
ralium, quod in quatuor virtutibus, scilicet tempe-  
rantia, prudentia, fortitudine, & iustitia, tota boni  
operis structura consurgit.

R E S P O N D E O dicendum, quod virtus hu-  
mana est que bonum reddit actu humanum, & ip-  
sum hominem bonum facit quod quidem conuenit hu-  
manis. Actus enim hominis bonus redditus ex hoc,  
quod attingit regulam rationis, secundum quam humani  
actus rectificantur. Vnde cum iusta operationes hu-  
manas rectificet, manifestum est quod opus hominis bonum  
reddit. Et ut \* Tullius dicit in 1. de officiis ex iustitia  
principiis viri boni nominantur. Vnde sicut ibidem  
dicit, in ea virtutis splendor est maximus.

Ad primum ergo dicendum, quod cum aliquis fa-  
cit quod debet, non afferit utilitatem lucri ei, cui fa-  
cit quod debet, sed solum abstinet a damno eius: si-  
bi tamen facit utilitatem, in quantum spontanea &  
prompta voluntate facit illud quod debet: quod est  
virtuose agere. Vnde dicitur Sapient. 8 quod sapien-  
tia Dei, sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam  
& virtutem, quibus in vita nihil est utilius homini-  
bus, scilicet virtutis.

Ad secundum dicendum, quod duplex est neces-  
itas. Vna coactionis: & hæc quia repugnat volun-  
tati, tollit rationem meriti. Alia autem est neces-  
itas ex obligatione præcepti, sive ex necessitate finis:  
quan-

QVÆST. LVIII. AR T. IV.

quando scilicet aliquis non potest consequi finē virtutis, nisi hoc faciat : & talis necessitas non excludit rationē meriti, in quantum aliquis hoc quod sic est necessarium, voluntariē agit ; excludit tamen gloriā supererogationis, secundum illud 1. ad Corinth. 9.  
Si euangelizavero, non est mihi gloria : necessitas enim mihi incumbit.

Ad tertium dicendum, quod iustitia non consistit circa exteriores res quantum ad hoc, quod est facere quod pertinet ad artem; sed quātum ad hoc, quod virtutur eis ad alterum.

A R T I C . I V .

¶ Vtrum iustitia sit in voluntate sicut in subiecto ?

A D quartum sic proceditur. Videtur, quod iustitia non sit in voluntate, sicut in subiecto. Ju-  
stitia enim quandoque veritas dicitur. Sed veritas 3. dis. 35.  
non est voluntatis, sed intellectus. Ergo iustitia non 9. 6. ar. 4.  
est in voluntate sicut in subiecto. 9. 6. 3. Co  
vir. q. 1.

¶ 2 Præterea, iustitia est circa ea, quæ sunt ad alterum. Sed ordinare aliquid ad alterum, est rationis. Iustitia ergo non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in ratione.

¶ 3 Præterea, iustitia non est virtus intellectua-  
lis, cum non ordinetur ad cognitionem: unde relin-  
quitur quod sit virtus moralis. Sed subiectum virtu-  
tis moralis est rationale per participationem, quod  
est irascibilis & concupiscibilis, ut patet per Philo-  
sophum \* in primo Ethicorum. Ergo iustitia non  
est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in ira-  
scibili & concupiscibili.

SED contra est, quod \* Ansel. dicit, quod iustitia  
est rectitudo voluntatis, propter se seruata.

RESPONDEO dicendū, q̄ illa potentia est subie-  
ctū virtutis, ad cuius potētia & cū rectificandū vir-  
tus ordinatur. Iustitia autem non ordinatur ad diri-  
gendum aliquem acūm cognoscituum. Non enim  
dicitur iusti ex hoc, quod recte aliquid cognosci-  
mus : & ideo subiectum iustitiae non est intellectus,

Sec. Sec. Vol. ij.

C vel

321

3. dis. 35.

9. 6. ar. 4.

9. 6. 3. Co

vir. q. 1.

2. 5. co. fi.

et 5. etbi.

le. 1. 60. 2.

cap. vlt.

to. 5.

in dialo.

de ver.e.

13.